



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XVI. Der Convent des Klosters U. L. Fr. in Magdeburg bekundet, daß ein Bürger, Claus Mutere, der Pfarrkirche zu Burg für den Katharinenaltar ein Kapital geschenkt hat, am 17. März 1311.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XVI. Der Convent des Klosters U. L. Fr. in Magdeburg bekundet, daß ein Bürger, Claus Mutere, der Pfarrkirche zu Burg für den Katharinenaltar ein Kapital geschenkt hat, am 17. März 1311.

Wernerus, de j gratia prepositus, Conradus prior, Henricus plebanus in burch Totusque conuentus Ecclesie sancte Marie virginis in magdeburg, Omnibus presentem litteram visuris et auditoris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Acta sub tempore ne simul cum lapsu temporis desluant et labantur, cautum est ea litterarum discretorumque virorum testimonio perbenarij. Hinc est, quod nos tenore presentium lucide recognoscimus et publice protestamur, quod Nicolaus dictus mutere, cuius in burch, bone memorie, salutis sue anime non immemor, adhuc viuens dedit et alligauit nobis scientibus consentientibus nostre ecclesie in burch in honorem beate marie virginis consecrate viginti quatuor marcas Stendalgenfis argenti et hoc ad comparandum redditus cum oportuno fuerit altari sancte Katherine virginis in predicta Ecclesia, ita quod vna missa ad idem altare singulis diebus per plebanum, qui pro tempore fuerit, seu per suos confocios celebretur. Ipsos vero redditus cum comparati fuerint memoratus dominus Henricus nunc plebanus seu qui eidem successerit pro tempore tollet et ad dictum altare ipsius misse ut pretactum est diuinum officium procurabit. In cuius rei euidentis testimonium nos wernerus prepositus ac conuentus nec non Henricus plebanus predicti presens scriptum inde confectum dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Testes huius rei sunt Guntherus supprior, Johannes de erp hospitalarius sacerdotes Dyaconj, Bruno longus, wedekinus Stengroue Subdyaconj, Jordanus et Theodericus confratres et canonicj nostre Ecclesie, Layci vero Heynemanus thelonarius, Jacobus de cimiterio et Nicolaus alberonis consules ciuitatis burch, nec non quam plures alij fide digni. Datum et Actum Anno domini M. CCCXI in die beate Gertrudis virginis.

Nach dem Originale des Stadtarchives Nr. 135.

XVII. Ritter Johann von Bredow verkauft dem Kaland auf der Heide und in mehreren diesem Territorio benachbarten Orten eine Hebung, am 11. November 1313.

Cum rerum labilium euentus in modernorum actibus ignoranciam inducat per sequens generet et errorem, expedit ut actus presentium per scripturarum munimina hominumque testimonia caucius eternentur. Hinc est, quod ego Johannes miles dictus de Bredow ad futurorum noticiam profiteor per huius scripti continenciam declarando, quod ego fratribus kalendarum de merica et de quibusdam alijs villis eidem territorio adiacentibus videlicet domino Borgardo dicto Greuelhut ac domino Nycolao dicto de Groben militibus, et domino Johanni, prouisorio domus sancti spiritus in Spandow, et domino Stephano plebano in Worlande, et domino Johanni plebano in Seborch, et domino ottoni plebano in Cotzin, et domino Hermannno dicto de Veyben, et domino Conrado plebano in Scoryn, et domino Nycolao